

**Theol. cath. B
805**

2011 36.

Theol. Cathol. 793.

529

528

(.?) .? .(?.)(?.)

R'ESPON-

S I O N E S A D V I R I
cuiusdam pñj Septētrī
onalis interrogat
tiones.

*Qui de salutis æternæ compa-
randæ ratione , ac de vera
Ecclesia cupiebat
institui.*

Opera D. Nicolai Mylonij
Theologi Germani
in lucem editæ.

1581

V I L N Æ

Typis Illustriss : Dñi D Nico :
Christoph: Radiuili &c. Su-
premi M. D. L. Marschalci.
Anno M.D.LXXXI.

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

N I C O L A V S
M y l o n i u s L e
t o r i .

C V M H O C S V -
periore biennio GEr-
maniam , Poloniam , & reli-
quas vltiorum Septentriona-
les oras & regiones peragras-
sem , vt in quo statu esset ea-
rū religio , ipsis etiam oculis
possē intueri , cōperi verum id
esse , quod iam ab omnibus v-
surpatum est : veritatem , que
quondam , nec ita multos ante
annos in eisdem omnibus regi-
onibus integra erat , non pos-
se esse nisi vnam , consensumq;
Ecclesiæ grauissimum esse ar-
A ij gumen-

gumentum ad eam indican-
dam : hæreses autem , vt erat
iam plurimæ, atq; in tot capi-
ta dissectæ, quæ quidem à pau-
cissimis annis, ijs in regioni-
bus, alia ex alijs quotidiè mō-
stra generant, nullam afflictis
animis spem salutis afferre.

Ac cùm qui eas consecutan-
tur, singuli vel metu , vel li-
bertatis hanc veræ desiderio,
vel deniq; dolo , ac deceptione
ducerentur : expertus sum cū
ijs, quibus ipsa æternæ salutis
ratio cordi magis esse videba-
tur , nihil esse ad ipsam veri-
tatem agnoscendam efficacius,
quàm si unusquisq; id certò
crederet, quod firmissimè cre-
dendum est: Viam nempe no-
bis à Chri-

bis à Christo Domino monstrata
tam , atq; àdeò stratam fuiſ-
ſe , qua veritatis , & vitæ lu-
men certissimum consequere-
mur. Purò hoc nullibi esse,
niſi quo in loco ipſe Dei Fili-
us instituit. Ac cùm pleriq;
eorum , qui ſimplicitate poti-
ùs , quām improba mente du-
cti hæreticos ſequerētur , qua-
rere inciperent , qui fieri poſ-
ſet , qnòd Martyres omnes ac
doctissimi , & antiquissimi
Patiſ , qui ab iſis Aþoſto-
lorum temporibus , per mul-
ta ſecula Verbum Dei ſyn-
ceriſſimè exposuerāt , non am-
plius populis Septentriond-
libus proponerentur , ſed noua
identidem nouorum ministro-

A ij rum ſcri-

rum scripta, eaque inter see dissidentia, tantum venditarentur, interrogarent autem, num aliqui , qui bona (ut a-iunt) fide ita inter hæreticos versarentur, ut sanè (quod in see esse esset) Christum colerent, abstinerent à vicijs , Catholicos autem non usquequamque odio haberent, sed tantum crederent, illos aliquibus in rebus ad fidem spectantibus errare, num (inquam) hi ad Ecclesiam, ac proinde ad spem æternae salutis pertinenterent : factū est, ut cùm responsum ex Dei verbo , et antiquissimis Patribus accepissent , hoc nulla ratione posse sperari , perquirerent attentius, qua via ad eā-

dem ve-

dem veritatem possent peruenire. Eorum autem aliquibus, maximis certè viris , ne dicā Regiis (quod etiam dicere nre possum) cùm hoc fuisset dilucidè ostensum , inceperunt Sathanæ astum , & versutias Ministrorum hæreticorum sic odisse, vt diligentissimè peteret, eadem vt rationes, quibus ad detestadas hæreses ipsi Diuino beneficio vñsi fuisset, publi cè prodirent. Quarum ego aliquas, dum aliud opus texo , nūc in lucem edo , sperans eū qui sedato animo et Dei ipsius gloriæ propagadæ studio illas perlegere voluerit, sibi ac multis alijs summum beneficiū impertiturum. Quod eò ardenti-

A iiij ñs p̄j

is p̄ij viri efficient, quō magis
intelligent, Angelicū esse offi-
cium, quod animabus conuer-
tendis, ac seruandis impendi-
tur, charitatēq; illam esse, qua
multitudo peccatorū (ut in-
quit Apostolus) operitur. Tu
igitur fac hoc, Lector, et viues:
Ac Iesus C Hristus Dominus,
ac redemptor noster tot sim-
plicium seductorū animas ad
suum ouile, quod est ipsa vnicā
Ecclesia Catholica, Aposto-
lica, & sancta, reduce-
re dignetur. A
men.



Respon-

(.) (.) (.)

RESPON-

S I O N E S A D V I=

ri cuiusdam pñ Septētrionalis
interrogationes , qui de salutis
æternæ comparandæ ra=

tione, ac de vera Ec=

clesia cupiebat
institui.

Interrogatio I.

*Num ij qui omnia Ecclesiæ
Catholicæ dogmata non cre-
dunt , possint æternam Salu-
tem consequi, dum tamen pro-
fiteantur se in C Hristum cre-
dere, & peccata odio habere?*

Responsio.

SANCTVS AVGV-
stinus respondet: Firmis-
simè tene,

simē tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Iudæos, Hæreticos atq; Schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicā, præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. De Fide ad Petrum Capite 38.

Rursus. Firmissimē (inquit) tene, et nullatenus dubites, quilibet Hæreticum vel Schismaticum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatū, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quantascunq; eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet unitatem, neq; Baptisinus, neq; Eleemosyna quamlibet copiosa, neq; mors pro Christi nomine

nomine suscepta, proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica, vel schismatica pravitas perseverat, quæ dicit ad mortem. De Fide ad Petrum Cap: 39.

Rursus. Nunquid potest (inquit) vis baptismi maior esse, aut posterior quam Confessio, quam passio, ut quis coram hominibus Christum confiteatur, & sanguine suo baptizetur? & tamen nec hoc baptisma hæretico prodest, si quamuis Christum confessus, extra Ecclesiam fuerit occisus, quia charitatem non habuisse conuincitur, de qua Apostolus dicit: Etsi tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

Quod si propter hoc, quia caritas decet, passio nihil prodest, nec illis pdest, quos in inuidia intus, & malevolentia, sine charitate vi-

ritate vivere, Paulus dicit. To:
7 de Baptismo contra Dona-
tistas Lib. 4 Cap. 17. Similia
To: 9. in Euang: Ioan. tract:
6. prope finem.

S. Item CYPrianus lib:
de vnitate Ecclesiæ, sic ait: Es-
se Martyr non potest, qui in Ec-
clesia non est: Ad regnum per-
uenire non poterit, qui eam,
quæ regnatura est, derelinquit.
Et infra: Cum Deo manere nō
possunt, qui esse in Ecclesia Dei
vnanimes noluerunt: Ardeant
licet flammis, & ignibus tradi-
ti, vel obiecti bestijs animas su-
as ponant, non erit illa fidei co-
rona, sed pœna perfidiae: occi-
di talis potest, coronari non
potest.

Porro nemo integrè credit
in Christum, qui omnes fidei
Articulos non credit, quorum
vnus est: Credo Ecclefiam Ca-
tholicam, quæ firmamentū est
& columna veritatis. 1. Tim: 3.

Interrogatio II.

*An Schismatici saluari pos-
sunt, cùm ea quæ ad fidem per-
tinent omnia fere credant?*

Responsio.

CVM qui in vno peccat
(vt ait Scriptura) fa-
ctus sit omnium reus, procul
dubio, si quis, quæ docet Ec-
clesia, dicat se credere, non au-
tem illi obediatur, vel non obe-
diendum esse illi doceat, reiici-
tur in æternum à Deo, cui o-
bedientia plus placet, quam vi-
ctimæ. Itaq; rectissimè ait B.
AVGgustinus: Neq; Schisma-
tici aliquid sibi ex ista mer-
cede promittant, quia similiter
vbi charitas non est, non po-
test esse iustitia. Dilectio enim
proximi, malum nō operatur,
quam si haberent, non dilani-
arent cor-

arent corpus Christi, quod est
Ecclesia. Tom: 3. lib: 1 de Ser-
mo: Domini in monte Cap: 9.
& To: 4. quæst: ex Matth: 9. 11.

S. Cypr: Auelle (inquit San-
desimpi: etus Cyprianus) ra-
dium solis à corpo-
Præl: siue re, diuisionem lucis,
de vnitate: vnitas non capit :
Eccle. frange ramum ab ar-
bore , fractus germi-
nare non potest. A fonte præ-
cide riuum, præcisus arescit.

August: Salutem autem (in-
quit S. Augustinus)
Tom : 7. non potest habere ,
ser: super nisi in Ecclesia Ca-
gest: cum tholica: extra Eccle-
Emerito siam, totū potest pre-
ultrame- ter salutem , potest
dium. habere honorem, po-
test habere Sacramē-
tum , potest cantare Halleluja ,
potest respondere Amen , po-
test Euangelium tenere , potest
in nomi-

In nomine Patris , & Filij , &
Spiritus S. fidem & habere , &
prædicare , sed nusquam nisi in
Ecclesia Catholica salutem po-
terit inuenire .

Interrogatio III.

*Cum inter Luteranos ij no
minentur Sacerdotes, atq; E-
piscopi , qui res Spirituales
& Sacras administrant, non-
ne hi sunt aliqua saltem ex
parte Sacerdotes &
Episcopi ?*

Responsio

NEC nomen, neq; rerum
Spiritualium tractatio,
sed ritè suscepta consecratio,
Sacerdotium aut Episcopatū
efficiunt. Si enim quæratur à
quoniam isti consecrati sint, re-
spondebi.

superba obaudire nolentium
multitudo discedat, Ecclesia ta-
men à Christo non recedit, &
illi sunt Ecclesia, plebs Sacer-
doti adunata, & Pastorí suo
grex adhærens. Vnde scire de-
bet Episcopū in Ecclesia esse, &
Ecclesiā in Episcopo : Et si qui
cū Episcopo nō sint, in Ecclesia
nō esse: et frustra sibi blādiri eos,
qui pacem cū Sacerdotibus Dei
non habētes, obrepūt, & laten-
ter apud quosdā cōmunicare se
credūt. quādo Ecclesia Catholi-
ca t̄na est, scissa nō sit, neq; diui-
sa, sed sit vtiq; cōnexa, & cohæ-
rentiū sibi inuicem Sacerdotū
Ep:59. glutino copulata. Hæc Cypri.
ad Pup: S. autem Hieronymus in Di-
alogo contra Luciferianos: Cū
(inquit) homo mortuus sit,
(Hilarius videlicet quidā Hæ-
resiarcha) cum homine pariter
interiūt & Secta, quia post se nul-
lum clericū Diaconus potuit
ordi. atque Ecclesia autem nō est,

quiæ non habet Sacerdotes.

Ex his habes, vbi defint Sacerdotes, quorum glutine copulatur Ecclesia; & vbi Pastori legitimo populus non adhæret: ibi homines frustra sibi blā diride Ecclesia, quam nullam, & proinde nec ullam salutem habent.

Porrò ut Regnum non est, cui Rex, Consiliarij, Legiferi, Præfecti legitimè electi, leges item ipsæ desunt: ita neq; Ecclesia (quæ cū Regno in scripturæ sæpe comparatur) dicenda est, in qua antiquæ Ecclesiasticæ leges silent, Archiepiscopi, Episcopi, Canonici, Sacerdotes, Monasteria, Spiritualisq; oīnnis potestas, & decor adempti sunt.

His enim Ecclesiæ facies, & ordinis hierarchici forma & dignitas stabat, & cernebatur.

Cùm verò ab aratro ad altare traductis bubulcis reliqua o-

A ij. mnia quæ

mnia quæ Dæi erant, conuersa
sunt in rapinam & sacrilegium,
atq; hæc non solum tolerentur
adhuic, verùm etiam ipse verus
omnis Ecclesiæ status explo-
datur: quis ibi Ecclesiā esse di-
xerit, qui tenebras item lucem,
lucem tenebras non dicat?

Huc quoq; pertinet , alio-
rum Ecclesiæ nominum confi-
deratio, quibus eam Spiritus S.
expressit: Turris, de qua mille
clypei pendent: Vineæ quam
Cœlestis plātauit agricola: Ca-
strorum aieei ordinatæ, contra
quam inferi portæ nunquam
essent præualituræ: Corporis,
quod vnum sit , & vnum spi-
ritum habeat. At h̄c nullam
turrem nisi Babelis , nullū spe-
culatorem, nisi falsos Superin-
tendentes subintroductos, nul-
los clypeos cernis : sed montes
Gelboe, vbi nec ros, nec plu-
ria vñquam decidit, vbi steri-
lis fides

Iis fides est, vbi abiecti sunt cly
pei fortium, vbi populus mi-
serè periit, aut turpiter in ma-
nus Philistinorum, id est Apo-
statarum deuenit.

Ita quoque nec ullam vineæ
faciem vides, cùm Apostolicis
Constitutionibus & antiquissi-
mis ritibus antiquatis, sepes,
qua vinea sepiebatur prostrata
sit: cumque nullus palmes cum
vite, nulli digni pœnitentiæ fru-
ctus, nullum torcular, canalia
verò perrupta, & Sacramenta
maxima ex parte sublata: nul-
lus Paterfamilias, & cœlestis a-
gricola, nullum opus bonum
fructuosum, vnde mercedē de-
narij, qui laborarunt, accipiāt,
apparent. Ferus enim aper ex
sylua, id est ex multiplicium er-
rorum tenebris in vineam ir-
rupit, hancque omnibus dire-
ptis atque fædatis exterminauit,
et sicut cucumrariū dereliquit.

id est

Præterea

Præterea nec ullam castro-
rum aciem ordinatam isthic in-
tueri potes. Quis enim aciem
vocet, ubi nullus Imperator
legitimus, nulla certa vexilla
& signa, nullæ excubiae & vi-
giliæ nocturnis precibus, nul-
lus sufficiens commeatus, nul-
læ tubæ quæ certū dent signū,
sed confusis variarum hæresū
strepitus conspicuntur aut e-
xaudiuntur? Cùm autem tur-
batis ordinibus talis iam sacer-
dos sit, qualis est populus, Di-
uinisq; humana sint permixta:
anné abominatiōem istam de-
solationis sentis, quam San-
ctus Athanasius esse dicebat, cū
laici creare Episcopos & Sacer-
dotes, res Spirituales admini-
strare, Diuinisq; mysterij ac ver-
bi tractationem sibi usurpare,
intolerabili temeritate sūt ausi.
Iam verò nec deniq; vnum
corpus isthic cernimus, quod
vnum spi-

vnum spiritum habeat: tūm
quoniam monstrum esset cor-
pus, quod due animē regerent,
(vnius verò formæ, atq; animē,
vna primaria operatio est, nec
discors, & secum pugnās: qua-
quidem discordia cùm hæresis
agatur, non vnum, sed varios
ea spiritus habeat necesse est)
tūm etiam , quod cui propriā
deest operatio, huic quoq; ipsa
vita deest ac spiritus. Cùm ve-
rò isti quandam solūm fidem
informem ac mortuam agno-
scant, ecquam Ecclesiā aut cor-
pus vitium agnoueris ? Præ-
terea si euerso fundamento o-
mnia ruunt, fide autem ac re-
ligione, & reliquis pleriscq; Ar-
ticulis fidei deficiētibus, in ho-
rum locum errores īdēm suc-
cessere, quos euidentissimum est
antiquitus ab Ecclesia fuisse da-
mnatos : nullū h̄c tu iam cor-
pus aut Ecclesiam mihi ostendere po-

C. · · ·

dere poteris. Si quis autem preci-
fis in anima te neruis, fibris, ve-
nis, primarijs item membris, cor-
de, hepate, cerebro amotis, cor-
pus tamen viuere dixerit: utiq
cadauer potius istud fuerit, ad
quod corui, id est Apostatae co-
fluxerunt, quam corpus illud,
ad quod (testante Christo) a-
quilae, hoc est sapientissimi, &
perspicaces Patres a terrena vi-
ta procu^l euolantes, unanimi
consensu conuenerunt. Sed au-
diamus B. Augustinum (Tom :
10 Ser: de tempore 186.

Videtis quid faciat anima
in corpore: omnia membra ve-
getat, per oculos videt, per au-
res audit, per nares olfacit, per
linguam loquitur, per manus
operatur, per pedes ambulat:
omnibus simul adest membris
ut viuant, vitam dat omnibus,
officia singulis. Non audit ocul-
lus, non videt auris, non video
lingua,

lingua, nec loquitur auris et o-
culus: sed tamen viuit, viuit
auris, viuit lingua: officia di-
uersa sunt, vita communis. Sic
est Ecclesia Dei, in alijs Sanctis
facit miracula, in alijs Sanctis
loquitur veritatem, in alijs Sā-
ctis custodit virginitatem, in
alijs Sanctis custodit pudiciti-
am virginalem, in alijs hoc, in
alijs illud: singuli propria ope-
rantur, sed pariter viuunt.

Quod autem est anima corpo-
ris hominis, hoc est Spiritus S.
corporis Christi, quod est Ec-
clesia: hoc ait Spiritus S. in to-
ta Ecclesia, quod agit Ecclesia
in omnibus mēbris vnius cor-
poris. Sed videte quid cauea-
tis, videte quid obseruetis, vi-
dete quid timeatis. Contingit
ut in corpore humano, imo & e
corpore aliquod præcidatur
membrum, manus, digitus, pes:
nunquid pæcifum sequitur a-

C iij nima.

nima : cùm in corpore esset, ui-
uebat, præcisum amittit vitam.
Sic & homo Christianus, Catho-
licus est dum in corpore viuit,
præcisus , hæreticus factus est :
membrum amputatum non se-
quitur spiritus. Si ergo vultis
viuere de Spiritu S. tenete cha-
ritatem, amate veritatem, desi-
derate vnitatem , vt peruenia-
tis ad æternitatem. Hæc ille.

Cùm verò ex ipsis Euan-
gelijs, Actis Apostolorum, Ca-
nonibus Apostolicis, & antiquis-
simis Synodis constet , nullam
vnquam habitam fuisse Eccles-
iam, quam quæ ijsdem ritibus
& ordine constituta est, quibus
Catholica consistit: sanè nemo
cordatus sibi imponi patietur,
si quem dicentem audierit, Ec-
clesiam ibi esse, in qua antiquis-
simę totius Ecclesiæ, ne ullum
quidem vestigiū existat.

Interrogatio

Interrogatio V.

Cùm Baptismus in Septentrione verus administretur, nonné saltem qui eo initiantur, ad Catholicam, id est veram Ecclesiam spectant, licet veros Sacerdotes non habeāt?

Responsio.

Nihil sanè prohibet: in fide enim Ecclesiæ baptizantur, quotquot rite baptizantur: ac nisi extra Ecclesiam per hærefim aut perfidiam exeat, sunt è nostris, Catholicisq; sunt. æternam verò salutē consequi possunt, si fidei fundamento superaedificant aurum, argentum, gemmas, sicut Apostolus scripsit: aut si in peccata prolapsi, deniq; verè resipiscant. Verùm quotusquisq; est Dij qui

qui cùm adoleuerit , haud istis
falsis Sacerdotibus adhæreat,e-
orum erroribus non imbuatur,
falsa pro veris Sacra menta non
suumat, atq; etiam vbi vnà cum
ihs Ecclesiam Catholicam (que
est corpus Christi) blasphemá-
re didicerit , tum moriens pe-
stilenti pane , non autem vero
Sacramento & corpore Christi
Domini accepto, miserrimè nō
percat. Vnus (inquit S. Aug:)
est Deus , vna fides , vnum ba-
ptisma, vna incorrupta Catho-
lica Ecclesia: non in qua sola v-
nus Deus colitur , nec in qua
fides retinetur , sed in qua sola,
vna fides cum charitate retine-
tur : nec in qua sola vnius ba-
ptismus habetur , sed in qua so-
la vnius Baptismus salubriter
habetur.

Interrogatio VI.

Licebitne alicui ob metum
mortis ,

• mortis, aut ob rerum suarum
amissionem, vel propter spem
alios ad Catholitā fidem con-
uertendi, simulare Luterani-
smum aliamuē hæresim, aut
publicē profiteri se nolle Ca-
tholicæ Ecclesiæ obedire, etiā
si clam velit esse Catholicus?

Responsio.

Falsum bonum, est verum
malum, sicut vel ipse Phi-
losophus dixit. Mala autem
(inquit Apostolus) facienda
non sunt, ut veniant bona.
Itaque si quis hæresim simulet,
quæ res alijs scandalum & per-
niciem semper attulit, is flagi-
tium Christiana veritate indi-
gnum committit. Deus por-
rò, qui veritas ipsa est, neq; ad
veritatis ædificium extruendū
A iiiij menda-

mendacio nostro eget, neq; v.
sus est vnquam. Quod si aliquā-
do ante Synagogæ & Mosaice
Legis sepulturam (Christianæ
scilicet initio nascētis Ecclesiæ)
aliquid Apostoli visi sunt in
obseruatione simulasse, id non
erat hæresim fingere, (quod
semper habitū fuit immane sce-
lus) nec facinus aliquod per-
petrare, cùm Euangeliō nondū
plenē promulgato, lex illa (que
fuerat ad tempus à Deo institu-
ta, neq; ex se mala erat) vim
aut saltem dignitatē quandam
tandiu obtineret, donec Euangeliō
lux altius exoriens, præ-
teriarū rerum umbram pror-
sus abigeret. Itac; cùm quidam
I. Cor: S. antiquitūs idolo o-
blatis vescerentur,
etsi non ad eum finem vt vide-
rentur idololatriæ consentire :
tamen quoniam aliqui scandalū
patiebantur, eos damnat Pau-
lus ace-

lus acerrimè: quanto acriùs da-
mnaturus, si quis nō hæreticus
& idololatra, vñā cum hæreticis
voluisset sentire videri.

Accedit exemplum Eleaza-
ri, cui cū sub capitīs pœna ius-
sum fuisset, vt carnes suillas e-
deret, & secretò carnes alias nō
prohibitas quæ speciem porci-
næ haberent, amici offerent:
intrepidus mori, quām fin-
gere maluit, nempè ne aliqui
putarent ipsuī legem transgre-
di, & cum idololatris sentire.
Quantò igitur minùs licebit hæ-
retim simulare, aut hæreticorū
falsis Sacramentis, vel eiusmo-
di alijs rebus, vnde alij vel er-
roris, vel confirmationis in er-
rore occasiōē sumunt sese im-
miscere:

At etiam innumerabilia sūt
exempla Martyrum, qui cruci-
atus acerbissimos pertulere, ne
vel solo nūtu perfidiæ signum
C v aliquod

aliquid ederent, & Ecclesiam,
quam Dei Filius veritate & a-
marissima morte fundauit, mē
dacio poluerent, & vitæ fœda
conseruatione desererent.

Accedit veneranda illa, &
tremenda CHristi sententia :
Si quis me erubescet coram ho-
minibus, & ego erubescam eū
coram Patre meo. Quam si quis
verè æstimat, fateatur necesse
est, eum qui capit is sui, & ca-
ducarum rerum, quām Christi
Domini maiorem rationem ha-
bet, ac terræ cœlum postponit,
nunquam cœlum (nisi re-
sipiscat) consecuturum. Rur-
Rom:Io. sus (inquit Aposto-
lus) Corde crebitur
ad iustitiam, ore fit confessio ad
salutem. Quamnam igitur sa-
ludem speret, qui cùm esse debe-
at paratus, vnicuique de ea quæ
in nobis est spe interroganti ra-
tionem reddere, confessionem
fidei

fidei suæ opportuno tēpore nō
faciat: Addit pōrīò Apostolus:
I Thes: 5. Ab omni specie mala
hoc habet speciem mali, quare
& peccatum est. quin verò cùm
ab aliquo aliquid fit, vt hære-
ticus videatur, id non speciem
solùm, sed rem quoq; mali ha-
bet: præter quām quòd actiuū
scandalum (vt cum Theologis
loquamur) ex sc (licet inde a-
līj scandalō non afficiātur) pec-
catum est contra ius Diuinum
& naturale. Quam obrem quis
erit in sui & proximi salute tā
excors, vt naturalem ac Diui-
nam legem quam Christus ve-
nit implere, pro leuitate nostri
capitis, (qui vermiculi sumus)
putet esse abrogandā? At verò
cùm ea quæ ad Diuinum cultū
fidemq; pertinent, ad primam
Decalogi tabulam spectent, le-
gesq; alias omnes, vel natura-
les præ-

les præcellant , sanè ubi agitur
de fide syncerè testanda , Diui-
nus honor , intrepidè nostræ
vitæ præponendus est. Nec ve-
rò metus mortis , aut mūdana-
rum rerum amissio est expaue-
scenda. Timete enim (ait Do-
minus) qui potestatem habet
mittere in gehennam. Atq; ali-
bi : Quid prodest homini si u-
niuersum mundum lucretur , a-
nimæ verò suæ detrimentum
patiatur. Quamuis autem fidei
Catholicæ confessio semper &
vbiq; (hoc est sine necessitate)
facienda non sit , nunquam ta-
mē hæreticos nos esse , aut ipso-
rum ritibus nos adhærcere o-
stendendum est. Quin verò eò
magis nos esse Catholicos te-
stari debemus , cùm ex nostra
taciturnitate scandalum confe-
queretur aliorum. Quod quidē
ad eos præcipuè pertinet , qui
publicam personam vel magi-
stratum

ſtratum gerunt. Si qui autem
putant ſibi licere hæresim non
ſolum fingere, verum etiam iſ-
dem de cauſis, quas attigimus,
iuramento conſirmare ſe non
elle Catholicos: iij legat B. Au-
gustini libellum de Menda-
cio, & ad Quod vult Deum
de hæresibus, inter quas illos ab
Eccleſia Dei damnatos enume-
rat, qui cum hoc ipsum ſentiret
& facerent, Carmen illud uſur-
pabant: Iura, periura, ſecretum
pandere noli.

Interrogatio VII.

Licet ne Sacro intereffe, vel
Euchariftiam ſumere, ubi Sa-
cerdos rite quidē olim ſacris
initiatus fit, verum poſtea fu-
erit, et adhuc habetur Lute-
ranus, atq; adeò nescitur, an
Ecclę

Ecclesie Catholice si reconciliatus?

Responsio.

In Ioan:

Tomo 9 tract 50

Tomo 7. quæst. su-

per Deut: lib: 5 cap: 39.

Tom: 2. epist: 75.

nicatus, sathanæ tra-

ditus est, quemadmodum præ-

ter B. Augustinū S. Paulus o-

stendit. & corporibus inflictæ

à Dæmonibus pœnæ, initio na-

scentis Ecclesiæ cùm aliqui ex-

communicabantur, apertè de-

signabant, quam horrendum

sit incidere in excommunicati-

onem, ex qua multò grauius a-

nimæ

Excommunicata ab Ecclesia,

ligatur in cœlo, ut

S. Augustinus ait. A-

git enim (ut ille ipse

agebat in veteri te-

stamento interfectio:

omnisq; excommunicatio, q;

agebat in veteri te-

stamento interfectio:

omnisq; excommunicatio, q;

agebat in veteri te-

stamento interfectio:

omnisq; excommunicatio, q;

agebat in veteri te-

stamento interfectio:

nimæ affliguntur, quâm cùm corpora patiebantur. Apostoli verò atq; Concilia, & Patres, hac excommunicatione non vt politico remedio, vel vt Poëtico spectaculo, sed vt ignis gladio (quemadmodum eam ab Apostolis esse vocatam, testis est S. Clemens Romanus) pertinaces & impios semper ab Ecclesia resecarunt.

S. Clem: Hi verò (vt extat in constitu : Apostolicis cōstitu-
tionibus) ex Eccle-
Apostol: si ieiecti, sunt meritò
c. 34. 43. abscissi a coetu Dñi,
47. & à vita immortali
& gloria reiecti, atq; apud iu-
stos & pios homines in hono-
rati & inglorij, atq; apud eun-
dem Deum damnati : quibus
abscisis, Ecclesia Dei magis quā
antea ornata est, cùm erat in ea
aliquid membrum superuaca-
neum, & ab ea alienum.

Quę cùm

Quæ cùm ita sint, csto iudi-
cium eius , qui serio & syncerè
ad vitam æternam aspirat, nū
Christiano liceat de manibus
Excommunicati, & apud De-
um & Ecclesiā publicè damna-
ti Sacerdotis, Sacramētum ac-
cipere, aut eius Sacro interesse?
Quæ enim participatio luci ad
tenebras , inquit Apostolus ?
At de manibus pestilentis ho-
minis, cibum ob contagionis
metum non audemus accipe-
re , & verò ab homine ab Ec-
clesia triumphante ac militan-
te abscisso, Diuinam Eucharisti-
am sumemus : Peccant igitur
multūm qui hoc faciunt. Nec
ille quoq; non grauiter à Deo
plectetur, qui verbo, aut ipso
nutu id licere, honestum ob fi-
nem aliquem , esse assereret.
Quod enim sua natura malum
est , id bonum esse nunquam
potest. Quare non tantūm qui
faciunt,

faciunt, sed & qui consentiunt
facientibus, eadem digni sunt
pœna. Atqui cùm Sacerdos,
cui ab Ecclesia Sacris interdictū
est, Sacrum facit, aut Sacramen-
ta ministrat, lethale peccatum
committit: quamobrem & qui
istī ipsi pèccandi occasione pre-
bet, eodem se miserrimus la-
queo implicat. Quod si (ut
inquit scriptura) mendacium
Deus abominatur: quām in ne-
gocio fidei erit abominabile,
ipso Sacramento, & re Sacra-
menti abutit: quæ quidē Chri-
stus Iesus, qui seipsum nobis in
Eucharistia misericordissimè de-
dit, ut præter alia certissimum
fidei veritatis atque vnitatis
Christianæ symbolum esset, cer-
tè ab ījs qui ab vnitate ipsa sūt
præcisi, nulla ratione vult su-
mi, vel ministrari, nec deniq;
ut à nobis in diuinis rebus vlla
cum ījs communio retineatur.

D

Interro-

Interrogatio VIII.

An ab Orientis Ecclesiis qualis est hoc tempore Alexandrina, atq; aliæ eiusmodi, regula credendi, & Sacerdotū conscrandorum facultas peti iustè possit?

Responsio.

PElagiani antiqui hæretici cùm fide et auctoritate Occidentalis Ecclesiæ, à B. Augustino sic preinerentur, vt non possent cuadere, ad Orientis Episcopos se prouocare fingebant, quibus ille ita respondet:
Tom: 7. Iterum (inquit) te con: Iuli: admonco, iterum ro Pela: lib: go, aspice tot ac tales Ecclesiæ Catholi- I. cap: 2. cœ defensores atque rectores. Vide quibus tam gra uem, tam-

uem, eamq; nefariam irrogaris
iniuriam. An ideo contemnen-
dos putas, quia Occidētalis Ec-
clesiæ sunt omnes, nec ullus in
eis est commemoratus à nobis
Orientis Episcopus? Quid ergo
faciemus? cùm illi Græci sint
nos Latini? Puto tibi eam par-
tem orbis sufficere debere, in
qua primum Apostolorum su-
orum voluit Deus gloriofissi-
mo Martyrio coronare: cui Ec-
clesiæ Præsidentem B. Innocen-
tium, si audire voluisses, iam
tunc periculōsam iuuentutem
tuā Pelagianis laqueis exuisses.
Quid enim potuit vir ille S. A-
fricanis respondere Cōcilijs, ní-
si quod antiquitūs Apostolica
Sedes & Romana, cum cæteris
renet Ecclesia? Et paulò post:
Non est ergo quod prouoces
ad Orientis Antistites, quia &
ipsi utiq; Christiani sunt, & v-
triusq; partis terrarum fides ista

D ij

vna

vna est, quia & fides ipsa Christiana est, & te certè Occidentalis terra generauit, Occidentalis regenerauit Ecclesia. Et post citatum Gregorij Nazianzeni testimonium: Audis omnes uno corde, vno ore, vna fide id ipsum dicere, & hanc esse Catholicam fidem non dissonante contestatione firmatam. An tibi parua in vno Gregorio Episcoporum Orientalium videtur auctoritas? Est quidem tanta persona, ut neque ille hoc, nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret, nec illi cum tam claram haberent atque venerandum, nisi haec ab illo dicta, ex regula notissimae veritatis, agnoscerent. Sed si vis, addimus & huic S. Basiliu, immo velis nolis, addendus est. Et paulo post: Vide iam utrum sufficiat tibi ex Orientis Patribus duo isti tam insignes viri, & tam clara prediti san-

diti sanctitate, & sicut scriptur, etiam carne germani. Sed dic, non sufficere. Habemus alios Orientales Episcopos quatuordecim, Eulogium, Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Eutonium, Porphyriū, Fidum, Zoymum, Zobōénū, Nymphidiū, Chromatiū, Iouinum, Eleutherium, Clematium, quos uno loco simul inuentos, in istum confessum introducere valeamus. Et hæc quidem B. Augustinus.

Ex quibus facile colligi potest, sufficere nobis debere Occidentalem Ecclesiam, in qua tot Martyres, tot ac tales Ecclesiæ defensores, ipsa à Christo instituta veritatis cathedra sunt, à qua ista quoq; Regna Catholicam fidē acceperunt: ac proinde nō sine crimine schismatis ab eiusdem ordine, ritibus ac legibus, nemini esse recedēdum. Quod si tamen ad Orientis Ecclesias &

D iij Episco-

Episcopos etiamnum prouoce-
tur, cur non prouocatur ad an-
tiqua Orientis lumina, quorum
cum Romana Ecclesia, vna fides
eademq; Ecclesia fuit? Nec e-
nim aut legein cœlibatus inter
Sacerdotes violatam, aut hie-
rarchicum Ecclesiæ ordinē tur-
piter à laicis corruptum, ex an-
tiquis Oriëntis Patribus poterūt
afferre, qui Apostolicā normā
secuti, nunquam suo tempore
id permisere: quales fuere Sācti
Alexander, Athanasius, Cyril-
lus Alexandriæ, Sanctus Chry-
sostomus Bizantij, Diuus Basilius
Cæsaræ, B. Gregorius Na-
zyanzi, S. alter Cyrillus Hie-
rosolymæ, B. Epiphanius Cy-
pri, B. Theodoretus Cyren. &
plericq; omnes alij Episcopi. O-
stante verò propemodum
anni sunt, quibus Græci & Ori-
entes permulti, non solùm in
ritibus, vcrùm etiam in præci-
puis fi-

pus fidei articulis, a q̄ ad eō in
Spiritū Sācti processione à Pa-
tre & Filio, aberrantes, anti-
quos quoq; Canones, laxata
disciplina respuerere cœperunt,
quos quidem Canones, in ipsis
Orientis Concilijs, ipsi Patres
vniuersa cum Ecclesia, vnan-
mī consensu olim ediderant.

Quamobrem iusto Dei iudicio
factum est, vt qui dum Ecclesiæ
Catholicæ adhæserunt, per o-
&tingentos ferinè superiores an-
nos, octo generalia Concilia,
plurimosq; sanctissimos & do-
ctissimos Patres habuerunt,
sequētibus octo iā seculis, nullā
ampliū Synodū, nulos habue-
rint Sāctos, aut integros in Or-
thodoxa fide Theologos, p̄ter
eos qui ab Ecclesia Catholica
sciūgi noluerūt: corpora item,
& scripta Pr̄um antiquorū ami-
serūt, quę ad Catholicos omnia,
tāc̄q; iusta ad veros hæredes pos-
selsio (recusantib⁹ ipsis eorū Pa-
tribus.

tribus, cum degeneribus filijs
remanere) trāflata sunt: Gręci
verò libertatē dēnicę corporum
perdiderūt: ac qui Pōtifici Maxi-
mo, & Apostolicę Sedi prima-
rię à Christo institutę aduersari
præsūpserunt, etiam barbarorū
turpissima mancipia facili sint.
Itaq; ab istis Ecclesiæ formam
fidei q; regulam petere, quid a-
liud est, quām ex ruderibus &
ruinis potiūs, quām ex integro,
solido, pulcherimoq; palatio,
formam ædificandi, aut ex ab-
scisso ac demortuo membro,
potiūs quām ex viuo capite vi-
uendi spiritum petere?

Interrogatio IX.

*Quid ergo? si quis trium-
phantis Ecclesiæ fidem, & an-
tiquorum Patrum doctrinam
sequatur, nonne saluari posſit?*

Responsio.
Ecclesiæ

Ecclēsia triumphans, nūl
lam iam fidem, aut spem
habet : nam quod videt quis,
inquit Apostolus Rom:8, quid
sperat ? Et Sanctorum quidem
hinc euolantium in cœlum, fi-
des & spes cessarunt , charitas
verō mansit , nec vñquam ex-
cidet. Eorum autem viuam fi-
dem dum in terris versabātur,
si quis in hac vita sequutus fu-
erit , saluari sine dubio poterit.
At eam re vera sequi nemo di-
cendus est, qui in Ecclesia mili-
tantī cum immanissimis hosti-
bus, mūdo, carne, sathanā, per-
petuum bellum non gerat :
nec in alijs castris , vel sub alijs
vexillis , aut alijs tesseris &
Sacramentis pugnandum est ,
quām quibus īdein Sancti, cœ-
leste stipendum meruerunt.
Porrò ī prius integrima cum
fide & maxima cum humilita-

E te, ī Ec-

te, in Ecclesia Catholica vixerunt, tantumque abest, ut metu aliquo se se a ea sciunxerint, aut in re fidei simul lauerint, vel leges ipsas Ecclesiæ præuaricati fuerint, ut pro his omnibus vitam, durissima inter cruciamēta profuderint. Quamobrē nec nobis temerè triumphus ante victoriam canendus est: cùm qui coronari, & triumphantiū in cœlo fœlicitatem assequi velit, is legitimè priūs credat, & certet necesse sit.

Iam quod ad Patrum doctrinam pertinet, cùm hoc ipsū quod de triumphante Ecclesia diximus, referri huc possit: tū ex eorū Patrum vitiis & libris, haurienda nostræ vitæ, doctrinæque ratio est: utrumque autem horum si quis fecerit, saluari sānè poterit. Verumtamen in primis (ut dixi) seriorē eorum fidem teneat, vitamque initeatur, nec

tur, nec sibi frustra de alterutro
blandiatur, si neutrū faciat, aut
sententias Patrum (nec eas for-
san omnino intelligens) dun-
taxat aliquas legerit, vel audie-
rit. Cœterūm qua ratione Di-
uina scriptura, & Patres legen-
di intelligendiq; sunt, postea di-
cetur.

Interrogatio X.

*Quid verò, si quis obiecerit,
Ecclesiam quoq; Catholicam
defecisse, aut ita ægrotam esse,
ut sensum veritatis amiserit,
num quis differre ad Catholi-
cos redditum debet?*

Responsio.

Neç Ecclesia CAtholica
vnquam defecit , aut de-
ficiet, neç ægrota est, ac proin-
E ñ de nemo

de nemo differre debet, quin
Catholicus fiat. Audi verò B.
(In Psal: Augustinū isti quæ-
stionī respondentē:
Iol. Con: Sed illa Ecclesia (*in-*
2.) quiunt de Catholi-
ca hæretici) fuit omnium gen-
tium, iam non est, perīc. Hoc
dicunt (respondet Augustinus)
qui in illa non sunt. O impu-
dentē vocem , illa non est quia
tu in illa nō es & Vide ne tu ideo
non sis : nam illa erit, & si tu
non sis. Hanc vocem abominata-
bilem & detestabilem, præsum-
ptionis & falsitatis plenam, nul-
la veritate suffultam , nulla sa-
pientia illuminatam, nullo sa-
le conditam, vanam , temera-
riam, præcipitem, perniciosem,
præuidit Spiritus Det. Hæc il-
le: qui & alibi aduersus Donat:
lib: 3. de Bapt:c: 2. adhuc pres-
siùs hoc ipsum vrget. Aut ista
(ait) Ecclesia quæ nunc appa-
ruit,

ruit, antea perierat, & nūc resur-
rexit; aut nō perierat, sed tantū
latuerat, & nunc extulit caput.
Non primum, quia tunc non
potuissent renasci ipsi, si mater
perierat: Si perīt, vnde ergo
bonitas apparuit: de qua ter-
ra germinauit: ex quo mari e-
me sit: de quo cœlo cecidit:
Hoc igitur & nos Catholici ad-
uersus hos Lutheranos afferre
possimus, qui sicut Donatistæ
faciebant, de toto orbe terrarū
Ecclesiam periisse mentiuntur.

Præterea si Ecclesia defecit
aut ignota est, id contigisse di-
cendum est, vel ob doctrinæ im-
mutationē, vel propter Sacra-
mentorum numerum ab anti-
qua diuersum Ecclesia, vel ob
nouum in ea ordinem (qui o-
lim non fuerit) institutum:
sed hæc tantum ab est, ut quid-
quā immutationis acceperint,
nullo ut sc̄culo non eadem fu-

H iñ iſſe cre-

isse credita aut vñitata ipsimēt
Lutherani Magdeburgēs fateri
ex ipsis Patribus coacti sint.
Alioquin tempus, locus, perso-
næ monstrantur, quibus cerni
possit, noua Sacra menta, no-
uumq; ordinem sacrum institu-
tum à Catholicis fuisse; aut à
legitimo aliquo & approbato
Cōcilio superiora fiduci dogma-
ta conuulta; vel Patres & Ec-
clesiæ Doctores post quæstio-
nes aliquas ab Ecclesia decisas,
nouam è proprio capite eadem
de re doctrinam inter populos
sparfisse: vel alium in Ecclesia
Primatum summa m̄q; auctori-
tatem à Christo institutā agno-
uisse, quam quæ nunc sit. Quod
si ita est, quid istos Lutheranos
prohibet, quo minus antiquissima
Concilia, Patres ipsos A-
postolis vicinissimos, potius
quam noua Apostatarum deli-
xamenta ad verbū Dei ritè ex-
ponendum,

ponendum, & antiquæ statum
Ecclesiæ ostendendum populis
proponant? At quando istos
sepeliunt, nec ex ihs docent, &
pro verbo Dei sua figmenta vē
ditant, & singuli varias & di
scordes Chymeras non Ecclesi
as excitant: cordatus quisq; vir
iudicet, quām impudenti fron
te, Ecclesiæ Catholicæ notam
interitus (quoniam ipsi interi
erunt) vellēt inurere.

Restat igitur, vt fortè sic
ægrotarit, vt quoniam qui pre
sunt in ea, improbi sunt, pro
pterca Spiritus S. illam prorsus
deseruerit. At auctoritas eorum
cūm à Christo pendeat, neque
super hominibus tantùm, sed
super Christo sit fundata, & in
aliorum bonum tradita, aliac
officij, alia vichj ratio sit, illa
vel probitate augeri, uel impro
bitate minui nequit. Alioquin
Apostolorum tempore nascens

E iiiij Ecclesia

Ecclesia in morbum grauiſſi-
mū incidisset, ex quo nunquā
conualuisset. Intercideret item
potestas omnis secularis, à Deo,
inferiorē licet gradu instituta, si
statim ob peccata alicuius egro-
tare, & eneruari deberet.

Sed fac Ecclesia sensum ve-
ritatis ex eiusmodi morbo a-
miserit, quinam noui Galeni,
vel Paracelsi, novo aliquo me-
dendi aut distillationis genere,
saniei non purgatæ cicatricem
volentes obducere, eam san-
bunt: certè Diuinæ oculus pro-
uidentiæ immenſa sua sapien-
tia, in Ecclesia tanquam diuite
officina (sicut eam S. Basilius
vocauit) aduersus omniū ge-
nerum morbos, omnia medi-
camētorum genera olim loca-
uit in perpetuum. Quæ pharma-
ca per generalia legitimaq; con-
cilia, perç; alias rationes erro-
ribus & vicijs extirpandis, à le-
gitimis

gitimis medicis adhibita semper fuerunt & profuerūt, neq; Ecclesiæ vnquam defuerūt, aut deesse possunt. Frustra ergo si bī quisquam illius sanandæ curam usurpat, quam suis quisq; morbis depellendis, nisi velit esse insanabilis, procurare ab ipsa vna Ecclesia debet.

Interrogatio XI.

Suntne aliquæ proprietates tam certæ, vt ijs Ecclesiam Catholicam ab omnibus alijs Ecclesiis dignoscere possimus?

Responsio.

SVnt sane, atq; ita certæ, vt Articulo fidei in Symbole comprchendantur. Sed in primis illud statuendum est, Ecclesiam esse visibilem cætum, in
E v qua qui

qua qui sunt, in eundem baptis-
mum, eandemq; fidei Catholi-
cæ professionem habent, sub-
iectionem vero, & obedienti-
am legitimis Pastoribus pœ-
stant.

Catech: Cùm itaq; audis Ec-
Rom. clesiām, quæ vox e-
uocationem signifi-
cat, statim Diuinæ gratiæ be-
nignitas & splendor menti tuæ
illucescat: intelligasq; Ecclesiām
ab alijs Rebuspublicis maxime
differre. illæ enim humana ra-
tione nituntur: hæc autem Dei
sapientia & consilio constituta
est. Vocauit enim nos intimo
quidem Spiritus Sancti afflatu,
qui corda hominum aperit, ex-
trinsecus autem Pastorū, &
Prædicatorū opera, aut mi-
nisterio. Et quidem Synagoga
(ut docet S. Augustinus in
Psal:77.& 81.) ita vocabatur,
quia pecudum more, quibus
magis

magis congregari & cogi con-
uenit, terrena & caduca tantum
bona spectabat: Christianus ve-
rò populus Ecclesia dicitur, quia
terrenis & mortalibus rebus cō-
temptis, cœlestes, & æternas
tantummodo consecatur.

Contra Parme. li Cùm vero aliquis
bro 3. ca- nullam visibilē, sed
pit. 4. inuisibilem Ecclesiā
esse dixerit, ab hoc
fuge tanquam à fa-
cie colubri, & prophanas vo-
cum nouitates deuita. Nulla est
Aug: ad gustinus enim (ut ait S. Au-
Vincent: securitas
epi: 48. vnitatis, nisi apud
montē posita abscondi non po-
test: & ideo necesse est, ut om-
nibus teriarū partibus nota sit.
Itaq; ubi Ecclesia manifesta nō
est, ibi nec Christus quidem (e-
odem testante) manifestus esse
potest, qui per Ecclesiam non
soltūm

**solum hominibus, sed Princi-
pibus, & Potestatibus in cœle-
stibus innotescit.**

At cùm eandem Ecclesiam
esse intelligis cætum, hunc non
solum plebem, peculiaremq; ac
nouam esse Rēpublicam, que
per bapt̄m nōmē CHristo
dederit, cīq; consecrata sit cre-
de: sed & ipsos Ecclesiæ præ-
fectos, atq; Antistites, in qui-
bus potestas huius Ecclesiæ po-
tissimum residet. verissimum
enim illud Aristotelis est, ciuita-
tem id maximè esse, quod est in
ea principale: Ethic: 4.

VNITAS, ECCLESIAE PROPRIETAS.

Christianos autem ante o-
mnia Spiritus sanctus edocuit,
vnam esse Ecclesiam, quia hac
proprietate attentè perspecta,
ipsa sc Ecclesiæ pulchritudo, &
veritas mirificè exerit. Nec por-
rò vna

rō vna tantū dicitur ob eundē
finem , spemq; fœlicitatis æter-
næ : vel ob eadem media , Sa-
cramēta nempē & leges, aut pro-
pter eundem Spiritum S. à quo
gubernatur , & diuisiones gra-
tiarum accepit , perindē ac ab
anima corporeis membris vi-
ta tribuitur : verūm in prīmis
propter membrorum, id est fi-
delium cum suo capite, & inter
se admirabilem vnitatē , atq;
connexionem.

Cùm autem caput dico ,
Christum intellige, sed eum qui
pro nostro captu sapientissimè
nos regat. Itaq; quemadmodū
verum est, quod ab Apostolo
dicitur : Ipsum dedit caput su-
per omnē Ecclesiam: ita verum
illud est, quod ipsemet Christus
dixit Math: 16: Et cito tibi dico
Petre, quia tu es Petrus, & super
hanc Petram ædificabo Eccle-
siam &c. Et Ioan: 21: Pasce o-
ues meas.

ties meas. Neq; verò q̄niā Pro-
rex in Regno cōstituitur, Regis
potestas tollitur, sed saluti omni-
um melius prospicitur. At cùm
ordinatissimè omnia faciat De-
us, non tantū quid ille abso-
luta potestate facere queat, quā
quid nos deceat, spectare debe-
mus. Alioquin si visibile demas
Ecclesiæ caput, eadem ratione
Pastores omnes tollas necesse
est, quos & fundamenta, & la-
pides, & rectores, ac tanquam
visibilia quædam capita, loco
Christi in priuatis Ecclesiis de-
dit, ad consumationem San-
ctorum in ædificationem cor-
poris Christi.

Christus itaq; caput est su-
per omnem Ecclesiam, id est tri-
umphantem, & militarem, quæ
est corpus eius, vt sit Deus o-
mnia in omnibus: quia (vt in-
quit Theodoretus) natura Di-
uina circumscribi non potest.

At non.

At non est h̄c omnia in omnibus, si quidem h̄c alij sunt imp̄ij alij scelerati, & peccatis dediti: Deus autem habitat in ihs, qui timēnt eum, & sperant in misericordia eius. In altera vita, tributa immortalitate, & depulso interitu, & peccatis omnibus eiectis, erit omnia in omnibus, quando (sicut ait S. Ioannes) similes ei erimus. Hæc ille.

Tale igitur Ecclesiæ caput est Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam submissi nistrationis, secundum operati onem in mensura vni. sciusq; membra augmentum corpori facie, in ædificationem sui in charitate.

a Leo se: 3. Petrus autem, quiq; in die anni illi successere, vt au niue assūctoritatē, ita vim omnem ab codē capti: fux. pite acceperunt, vt rectissi-

rectissimè S. Leo Primus, ita lo-
quentem Christum faciat: Ego
(inquit Christus) inuiolabilis
petra: ego lapis angularis , qui
facio vtracq; vnum: ego funda-
mentū præter quod nemo po-
test aliud ponere : tamen tu
quoq; petra es , quia mea vir-
tute solidaris, vt quæ mihi po-
testate sunt propria, sint tibi me-
cutu participatione cōmūnia.

Itacq; nec aliunde (vt in-
quit S. Cyprianus) schismata ,
& hæreses obortæ sunt , quām
quoniam visibili in Ecclesia Pa-
stori pro tempore à CHristo
constituto, tota fraternitas non
obiret, Ecclesiæq; Romanæ ob-
Ire: lib. 3. cap: 3. potentiorem (vt in-
quit S. Irenæus) prin-
cipalitatem non ac-
In lib: cō: cedit : ac propterea
Iouini: in (vt S. Hieronymus
medio, & docet) profanus
est, qui cathedræ Pe-
tri non

epist: ad tri non consociatur,
Damas: & extra hanc domū
agnū vult comedere. Si quis verò obiectat (inquit
B. Ambrosius) Ecclesiam uno
capite sposo I E S V Christo
contentam, præterea nullū re-
quirere, in promptu responsio
est. Ut enim Christum Domi-
num singulorum Sacramento-
rum, non solùm auctorem, sed
intiimum eius præbitorem ha-
bemus (nam ipse est qui bapti-
zat, & qui absoluit, & tamen
is homines Sacramentorum ex-
ternos ministros instituit) sic
Ecclesiæ, quā ipse intimo Spi-
ritu regit, hominem suæ pote-
statis Vicarium & ministrū pre-
fecit. Nam cùm visibilis Eccle-
sia, visibili capite egeat, ita Sal-
uator noster Petrum, vniuersi
fidelium generis caput & Pa-
storem constituit (cū illi oues
suas pascendas, verbis amplissi-

F mis com

mis commendauit) vt qui ei
successisset, eandem planè toti-
us Ecclesiæ regendæ & guber-
nandæ potestatein habere volu-
erit.

Cæterūm non cum capite
solū , sed inter seſe quoq; hæc
vnitas est , ad quam significan-
dam, huic articulo fidei, verba
illa adiecta ſunt : Credo com-
munionem Sanctorum. Quare
eadem Sacramentorum cōmu-
nione Catholici colligātur, par-
ticipesq; fiunt omnium timenti
um Deum. Ac licet multa ſint
membra, vnum tamen corpus
conſtituūt, in quo ſingula pro-
prio , non autem omnia, eodē
munere funguntur. Sic porrò
ita apta inter ſe, & connexa ſūt,
vt ſi vnum doleat, aut gaudē-
at, condoleant & congaudēant
reliqua , mutuamq; operam ſi-
bi præſtent. Atq; deniq; , ad
ſubleuandam aliorum miseriā
prom-

prompta sint semper, atq; pa-
rata.

Accedit id, quod infra in-
seremus: omnes scilicet Scri-
ptores sacros, mirabiliter in og-
minibus, quæ ab Ecclesia fuere
decreta, consensisse, quamuis di-
uersissimi illi, temporibus ac lin-
guis, & in locis diuersissimis fu-
erint: quæ res tanq; Diuina à S.
Augustino monstratur, lib: 18.
ciuit. cap: 41.

Præterea omnia Concilio-
rum atq; Pontificum decreta,
mirifice in omnibus dogmati-
bus, consentiūt: licet edita sint
à diuersis hominibus, varijs in
locis, temporibus, occasio-
bus: & cōtra diuersissimas, im-
mo sæpè contrarias hæreses.
Quod vt est apertissimum fa-
gnum, vnius & eiusdem Spiri-
tus, sanctam Ecclesiam guber-
nantis: ita hoc esse verissimum,
ostendit silentium hæreticorū,
E n. qui licet

qui licet omni*m* diligenter euoluerint, tamē nihil alicuiu*m* in smēti inuenierunt, quod possēt reprehendere, uti doctissimi catholici scriptores ostendunt.

Quæ omnia si in hæretico*m* rum congregatiōnibus cosiderentur (qui istam non solūm cum capite visibili, et inter nos, sed inter nos quoque & Ecclesiæ triumphantis ciues, communione negant) nulla appareat vnitas , nulla Sanctorum communio, ac propterea nulla inter eos Ecclesia est. Quot enim hæreses , & antiquo tempore , & ctiam hoc nostro ex leptici piti illa hydra Luterana cnatæ sunt, quæ de fundamētis fidei, deque ipso Christo , de Sacramētis, de personis ipsius sanctissimæ Trinitatis, mirifice dissidēt, plus notum est , quam vt dici queat. Proinde Schismatici (vt superiùs monstratum est) nullam Ec-

Iam Ecclesiam habent, quos cu-
ramis, riuulis, & radis, ab ar-
bore, fonte, sole, præcisis, a-
pertissimè collatos Optatus a-
it esse, protentos de mendacio,
non de radice veritatis. Non
ergo, ait S. Augustinus, insul-
tent hæretici per partes conciz-
si: non se extollant, qui dicunt
Ecclesiæ: hic est Christus, ecce
illuc. Qui dicunt, ecce hic, ecce
illuc, ad partes inducunt. Uni-
tatem promittit Deus. Reges in
vnum collecti sunt, non per
schismata dissipati. Sed for-
tè (subdit)ista ciuitas, quæ mū-
dum tenuit, aliquando euerter-
tur: absit: Deus fundauit eam
in æternum. Quid times: ne ca-
dat firmamentum: Iam igitur
vnam certissimā Ecclesiæ pro-
prietatem habes, ex qua item
intellige, non mirum esse, si
qui populos ab Ecclesia separa-
runt, eos tam audiē & à Regi-

F iñ bus ter

Huis terræ tandem Regna diuelle
re, atq; Ciuitates, & omnia præ
cipiti casu diripere, in ihericordis
simo autem Dei iudicio esse factū,
vt ipsi inter se semper diuide
rentur, vt scriptura impleretur:
Diuisum est cor eorum, nunc
interibunt: & omne Regnum
in se diuisum desolabitur, quod
an omnibus Hæresibus Schisma
t. c. isq; euenerit, ipsa res clamat.

S A N C T I T A S, A L T E R A.
Ecclesiæ proprietas.

Catechis: **E**cclæsia dicitur
Rom. **E**, Sancta, quia tam
quam corpus cum suo capite
Christo, totius sanctitatis fon-
te coniungitur, à quo sanctifica-
tur, & cius sanguine abluitur, so-
laq; legitimum sacrificij cultū,
salutarēq; Sacramentorum usū
habet, per quæ tanquam effi-
cacia Diuinæ gratiæ instrumē-
ta De-

ta Deus veram sanctitatem efficit: nec tamē quoniā Sancta est, peccatores non habet; Apostolus enim Corinthios sanctificatos, & sanctos vocat, in quibus nonnullos fuisse perspicuum est, quos ut carnales, & grauioribus etiā nominibū acriter obligat. hī enim quandiu à corpore Ecclesiæ abscissi nō sunt, mortua licet membra sint, iuvatur tamē à reliquo corpore, ut charitatis defluxū accipiat.

Sancta item Ecclesia est, q̄a religio quam profitetur, nihil falsi in doctrina fidei, nihil iniusti in doctrina morum vñquam admisit. Lex Domini (inquit Dauid) immaculata, testimonium Domini fidele, præceptum Domini lucidum. At Gentilium, Machometanorum, & Hæreticorū sectæ omnes absurdæ, pugnantes, leues, inconstantes, libertatē carnis, & sex-

cent.

centa alia monstrra continent,
nec Lutherani, & recentiores a-
lii hæretici sanctitatem quidem
ullam in Sacram̄tis agnoscūt,
nec merito Christi, & libertati,
qua nos donauit , tantum tri-
buunt, vt veram nobis & in-
hærentem iustitiam sit imperti-
tus, ac tanquam horridi præ-
cursores Antichristi , iuge Chri-
sti sacrificium omni conatu a-
bolere nituntur.

Sancta præterea est Ecclesi-
a, quia doctrina eius est efficax
atq; conuertens animas, vt ait
Scriptura. Itaq; sola Ecclesia Ca-
tholica, vbiq; fidei fundamen-
ta iecit, & Christo annunciatō,
nullis armis, nulla vi, nulla e-
loquentia, sed in virtute Spiris-
tus tantum , homines non ad
delicias, & carnis libertatem ,
sed ad perfectissimam vitam ,
ad crucis atq; angustias pro
Christo perferendas conuertit:
sicq; fal-

sicq; falso dæmonum cultu sub-
lato, veram religionem consti-
tuit. Quod vt antiquitus in o-
mnibus prouincijs accidit: ita
hoc sæculo in noui mundi, atq;
Orientis, & Occidentis Indiarū
conuersione, cuidentissimum
est. Verūm neq; Philosophi quā
tumuis celeberrimi, vñquā po-
pulos ad virtutes solidas con-
uerterunt, neq; hæretici vñquā
alicubi prima Euangelij funda-
menta iecere. hoc enim (vt in-
quit Tertul:) negocium est il-
lis, non Ethnicos conuertendi,
sed nostros euertendi: nostra
suffodiunt, vt sua ædificant.

Quare Dominus de Pseudopro-
phetis dixit: Venient ad vos:
cùm de veris Apostolis, legiti-
misq; Ecclesiæ Pastoribus dixe-
rit: Exibunt in omneim terram
incipientes ab Hierusalem, pre-
dicantes pœnitentiam in remis-
sionem peccatorum, & popu-

G. lum qui

Ium qui erat dispersus, congregantes in unum.

Ad hæc sancta est Ecclesia, quoniam in ea primùm Patriarchæ atq; Prophetæ; deinde Apostoli & Euāgelistæ; Doctores item, qui aduersus singulas hæreses fortissimè dimicârunt; atq; institutores Ordinum Religiosorum, adeo sancti, casti, pñj, & sobriū fuere, prorsus ut in his nihil habeant aduersarij quod inordeant, nisi nimia mænianitatem; quemadmodum de Monachis, ac de Doctoribus sui temporis, fecisse Hæreticos, refert S. Augustinus. Quam sanctitatem, quia nunquam in aliquibus ex suis ostendere potuerunt, seq; (ut inquit Apostolus) desperantes tradiderūt impudicitijs: mirū non est, si nō solūm peccat, sed peccando nunquam se peccasse fateatur, superbiā colentes: quæ vna omniuin hæ-

ut in hæresum mater eos genuit.

Accedunt miracula, quibus Ecclesia semper usq; ad hæc læcula, suæ doctrinæ vim atq; sacerditatem testata est. Quamobrè necessaria fuisse miracula, ut mundus crederet, S. Augustinus dixit: ac plura suo quoq; tempore ad memorias, Reliquia sc̄i Martyrum contigisse scribit, quę nec Lutherani Centuriatores difficeri ausi sunt: sed veritate tantis testimonij, eorum falacia commenta ruerent (sicuti Pharisæi & Scribæ) potentiae Christi splendorē, Sathanæ potius quam Deo, perfidè blasphemantes tribuerūt. Ac verò præter miracula, lumen Prophetarum fuit in sola Ecclesia Catholica: qua item proprietate, sanctitatem Ecclesiæ à Spiritu sancto impertitam, Dominus sæpe indicauit. Agabus enim, & Philippi filiæ, quarum mentio

G. j. fit in

fit in Actis Apostolorum; B.
Antonius, de quo S. Athanasius
in eius vita; Abbas Ioannes,
de quo B. Augustinus; ac reli-
qui innumeri, de quibus D. Hie-
ronymus, S. Gregorius, & gra-
uiissimi alij testes & historici, te-
stimonium ferunt, multa diui-
nitus prædixerunt; quod nec
Ethnici, nec Hæretici vñquam
fecere; quia nulla apud eos Ec-
clesia est, cùm in hac Sancta &
& Catholica sola Ecclesia, dis-
pertiatur gratias suas Deus.

Itaque tot præsidij s à Christo
munita Ecclesia, deficere atque er-
rare nunquam potuit, ac ne po-
terit quidem.

Primum, quoniā verax est
Deus, cuius verbo, merito, in-
stituto, non humanis præsidij
ipsa nītitur; Cœlum enim ac
terra transibunt, verba autem
Christi non præteribūt. Et ver-
ba Christi sanè sunt hæc: Su-
per hanc

per hanc petram ædificabo Ec-
clesiam meam , & portæ inferi
non præualebūt aduersus eam.
Et ego vobiscum sum usq; ad
consummationem sæculi : Et,
Spiritus veritatis suggeret vo-
bis omnem veritatem: & tu Pe-
tre confirma fratres tuos. Ac
rursus per Apostolum : Ecclæ-
sia quæ est domus Dei viui, fir-
mamentum & columnna verita-
tis. ut nemo nisi perfidus im-
piè se inde subducat, vnde om-
nem veritatem orbi CHristia-
no suppeditauit, & suppedita-
turus est Deus. Verum hanc Sā
titatem, id est firmitatem, atq;
soliditatem , Prophetæ quoq;
priùs declamauere, cùm scriptū
sit, desponsandam à Christo in
fide Ecclesiam, foreq; vt is eam
teneret, nec dimitteret : & Do-
minum electurum esse Syon in
habitationem sibi. Hæc enim
(inquit) requies mea in sæcu-

G iij Iuim se-

lum seculi. Cùmque in æternum
Deus præparatus esset semen
Davidis, quod est Christus, &
Christi Regnum futurum esset
in æternum, quoniam Deus fun-
davit terram super firmamen-
tum eius: merito (inquit S.
Augustinus) firmati non incli-
nabimur in seculum seculi. Ni-
hi enim firmius isto fundamē-
to: Infirmus fueras, sed firmum
fundamentum te portat. In te
firmus esse non poteras, firmus
eris semper, si ab illo fundamē-
to non recedas. Non inclinabis-
mur in seculum seculi: ipsa est
prædestinata columna, & firma-
mentum veritatis.

Iam vero Christus perpe-
tua testificatione istam Ecclesiæ
firmitatem commendauit: cùm
& in primis illis peracerbis Iu-
dæorum oppugnationibus, de
inde irruentibus persecutioni-
bus Imperatorum per 300. to-
tos an-

totos annos, quibus etiam P̄
tifices omnes Maximi, ceruices
pro Christi fide dederunt: po-
stremon, à ducentis varijs hære-
siarchis circumquaque pulsata,
atq; cribrata Ecclesia, non solū
permanserit, verum etiam cres-
uerit: sicut vincet (inquit Iusti-
nus Martyr) ad libertatem putati-
one prouocatur. Id quod præ-
senti seculo etiā manifestissime
patuit. necq; enim tam citò Lute-
rus cœpit hæresibus Ecclesiam
velle labefactare, cùm eodem
momento Deus in Indias, po-
pulosq; frequentissimos, ubi v-
na ciuitas plus hominum, quā
integra aliqua Regna, cōtinet,
fidem Catholicam inuexit, quę
in dies longe lateq; propagatur.

At cōtra, omnes hæreses à
Christo passo, summos licet Im-
peratores ac Reges fautores ha-
buerint, sic euauere, vt necq;
ulla scripta, ac ne nomina qui-

G iij dem

dem ipsa hæreticorum iam ex-
tarēt, nī si hæc à Catholicis qui
eos redarguerūt, memorię mā
data fuissent. Quamobrē & qui
nos hoc tempore exercēt Hæ-
retici, ad nihilum (ut Dauid
prophetauit) deuenient, tan-
quam aqua decurrens. Non er-
go vos (inquit S. Augustinus)
terreant fratres quidam fluuij,
qui dicuntur torrentes: decur-
rit aqua ad tempus, perstrepit,
mox cessabit: diu stare nō pos-
sunt: multæ hæreses iam emor-
tuæ sunt: cucurrerūt in riuis su-
is quantum potuerunt, decur-
rerūt, siccati sunt riui, vix eoru-
memoria reperitur, q̄a fuerint.
Hæc ille. Verumtamen neq; so-
lūm sancta hæc Ecclesia Hæreti-
cos, quiq; eis fauerunt, virtute
Diuiña in nihilum redegit, te-
tra morte cladeq; afficiens Iu-
dæos, Herodem, Pilatum, (qui
se ipsum interfecit) Neronem,
Domi-

Domicianum, cœterosq; Imperatores, vna cum hæresiarchis, qui Catholicos persecuti sunt : sed & Imperia Regnacq; Imperatorum eorū roborauit, & auxit, qui Catholicæ Ecclesiæ ex animo fuere addicti: quales fuerunt COnstantinus Magnus, Theodosius senior, Martianus, Honorius, Theodosius iunior, Iustinianus, & Heraclius, (dō nec hi duo Catholicam religionem tenuerunt) Carolus Magnus, S. Ludouicus Gallie Rex, atq; alij qui ex Deo regnârunt.

VNIIVERSALITÀ S,
tertia Ecclesiæ proprietas.

Ecclesiæ Christianæ tertia proprietas est, vt Catholica sit, hoc est vniuersalis, nullo scilicet hominum, locorum, temporum, genere, definita aut circū-

G v scripta.

scripta. Redemisti nos D^eo in
sanguine tuo (inquit per S. Io-
annem ipsamet Ecclesia) ex o-
mni tribu, & lingua & popu-
lo, & natione, & fecisti nos D^eo
nostro regnum. Ad quod Re-
gnum, etiam quicunq^s in Chri-
stum credentes, Christum p^ra-
cessere, idcirco pertinent, quo-
niam in eo angulari lapide, qui
fecit vtraq^s unum, & pacem i^sus
qui prope, & qui longè annun-
ciauit, (cùm ipse sit primarium
fundamentum) constituti fu-
re atq^s fundati Prophetæ &
Apostoli.

Catholica item dicitur, pro-
pter vniuersalem atq^s commu-
nem fidem, quam omnes qui
salutem æternam cupiunt, cō-
plete debent: alicquin errorū
diluuiio submergendi, quemad-
modum contigit i^sus omnibus,
qui extra Arcam N^{ost}re suēre.

Catholica deinde, quod so-
la con-

Ia contra omnes errores semper
pugnauerit, ac pugnat, à nul-
lo autem errore expugnatur.
Credamus (inquit S. Augusti-
nus) Ecclesiam Catholicam :
ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia
vna, Ecclesia vera, Ecclesia Ca-
tholica, contra omnes hæreses
pugnans; pugnare potest, ex-
pugnari non potest: Hæreses o-
mnes de illa exierunt, tanquam
falsoa inutilia de vite præ-
cisa: Ipsa autem manet in radi-
ce sua, portę inferi non vincēt
eam. Hæc ille, de Symb: lib:
1. cap: 5.

An verò contra omnes er-
rores sola semper pugnauerit
Ecclesia Catholica, inde cuiden-
tissimum est, quod cum pri-
mum aliqua hæresis se exeru-
it, statim signo dato se in Syno-
dis tanquam in acie castrorum
ordinata cōégit, eamq; hæresim
anathemate percussit, Sicq; Pa-
tres aci-

tres aciem eandem secuti, scri-
ptis, prædicatione, ac sanguine,
hæreses omnes euellere cu-
rarunt. Quod autem contra hę
res fecit, id ipsum contra erro-
res omnes præstítit. Quamob-
tem quacunq; aditus patuit, im-
perterrita per maria, per ignē,
ad orientes hárbaras nationes pe-
netravit, ac continenter pene-
trat: ut extirpato idolorum ac
viciorum cultu, ibi simulacro-
rum fana, in Christianorū tem-
pla convertat, crucisq; trophe-
um passim exciter. Quæ vna-
res, tam illustrem hanc Catho-
licæ Ecclesiae proprietatem redi-
dit, ut cùm ea tanquam sol ra-
dios suos, in uniuersum terra-
rum orbem, iuxta Prophetarū
prædictiones, semper diffude-
rit. Lutheranas quoq; & Calví-
niatas, atq; alias fordes, latitan-
tes in suis angulis, & tenebris,
patefaciat omnibus, quicunq;
vident

vident istos , qui se Euangeli-
cos mentiuntur, necq; inter bar-
baros, necq; vltra maria, ad in-
ferendum Euangelij lumen vn-
quam nauigasse , contentos ex
Ecclesiæ Catholicæ ruina , sibi
fuisq; mulierum turbis antrum
constituere , vnde fœtores sub
verbi Dei prætextu exhalant.

Iam verò si omnia sœcula
percurramus, non aliunde Pro-
uincias ad Christum fuisse adiū-
cas cernemus, quām ab ihs qui
ex Catholica Ecclesia p̄lierūt.
Nam ubi iam Apostolicus so-
nus in vniuerso orbe terrarum
inauditus est , ducibus illis pri-
mis, ubiq; bellum aduersus mū-
dum, carnem , sathanam indi-
centibus; Catholica Romano-
rum fides , sicut ihs Apostolus
gratulatur, passim ad omnes
peruasit : quæ postea tanquam
vitis adhuc latius palmites exte-
dens sparsa est : quemadmodū
per o-

per omnes regiones nunc co-
gnitas, ipsi suo tempore, id est
ante mille circiter quadringen-
tos annos testati sunt, Sanctus
Ire: lib: l. Irenæus, & Tertul-
cap: 3. lianus. Clemens att-
Tert.lib: tem ipse Alexandri-
con: Iud. nus, cum Orientis pe-
cap: 3. ragrasset Ecclesias, ut
antiquarum Aposto-
licarum traditionum vestigia
cerneret, eandem ubique reperit.

At Sanctorum Cy-
Cypr: lib priani, a Athanasii,
de unita. b Chrysostomi, Hie-
Ecclesiae. ronymi, c Augusti-
a Atha: ni, d Theodoreti,
de huma e Leonis primi con-
nit: verbi. fecta sunt tempo-
b Chryso: ra, quibus ipsi Ca-
& Hier: tholicam Ecclesiam
in c. 24. ubique viguisse docu-
A math. erunt. Per sacrâ (in-
quit Leo) Beati Pe-
tri Sedem, caput or-
bis effe-

et Aug: in his effecta, latius pre-
ep: 73 & fides religione Diui-
so ad He na, quam domina-
sydium. tione terrena: Quā-
uis enim multis au-
d Theol. etia victorijs, ius im-
de Legib. perij tui terra mari
e Leo / e: l. qué protuleris, mi-
de SS Pe nus tamen est, quod
tro & tibi hellicus labor
Paulo. sub-
iecit. Coeterū San
cti alij Pontifices, Hilarius, Sim-
plicius, Symmachus, Hormi-
sda, & alij vscp ad S. Gregorij
Magnum, & post hunc multi
sancti Pontifices, alijq; percele-
bres Doctores secuti sunt, quo-
rum sæculis videmus eandem
Catholicam Ecclesiam semper
mansisse. Id quod ipsi qui va-
rij in prouincij erāt, primūm
re ipsa, & doctrina, & loco, de-
inde literis quas per vniuersum
orbem

orbem scribebant, planissimum
faciunt, præter ipsas Generales
Synodos, quæ ex omnibus o-
mnium orbis partium Episco-
pis collectæ, idem manifestissi-
mè comprobant.

At & hoc dilucidius fit, pri-
mò, si quæ Patres antiquissimi
scripsere, de moribus Ecclesiæ
Catholicæ sea conferantur cum
nostris temporibus. Eadem e-
nim in ijs prorsus videbunt ex-
titisse, quæ apud nos (vti supe-
riùs diximus) & manent, & a-
lio propagantur. Tu vero lege
S. Augustinum de moribus Ec-
clesiæ Catholicæ, eiusq; Episto-
las ad Ianuarium, Epis: 118. &
119. Patres autem vetustiores,
vscq; ad beatum Dyonisium A-
reopagitam: ac deinde Apo-
stolorum Acta, & ipsa Euange-
lia; facileq; & verbum Dei scri-
ptum, & quidquid Spiritus S.
promisso veritatis, suggessit sem-
per Eccle-

per Ecclesiæ agnosces. Deinde
cogita (ut antiquiora sæcula
omittam, de quibus nulla con-
trouersia est) Anglos Paganos
tempore S. Gregorij Magni,
missis à Pontifice ad eos Mo-
nachis, fuisse ad Christum ad-
iunctos: sequenti sæculo, per S.
Chilianum à Summo Pontifice
missum, Francones Christianos
factos: posteriore seculo ingen-
tem Germaniæ partem accessi-
se ad Christum, per sanctum
Bonifacium Episcopū & Mar-
tyrem, ad eam, à Zacharia Pon-
tifice Maximo missum. Postea
à Corbiensibus Monachis Van-
dalos, ab alijs autem Suecos, de-
inde Bulgaros, Slauos, Danos,
Morauos fuisse conuersos. Ita
postea S. Adalberti Bohemiæ,
ac Methodij Morauiæ Præsulū
opera, plures populos, ac dein-
ceps Hungaros, per alios à Pō-
tifice Maximo missos, se ad

H. Christi-

Christianam Catholicam Eccle-
siam aggregasse. Quod succe-
dentibus temporibus, cū mil-
D. Anto: tis Saracenorum mil-
3. p. hist: libus, Sancto Vincē-
tit: 23. tio prædicante; & in
c. S. 9. 4. vniuerso iam nouo
Occasum, ad Meridiem, ad Ori-
entem, nostro hoc seculo factū
fuisse, atq; continenter effici, à
sola (ut diximus) Ecclesia Ca-
tholica, nunquā vcrō ab hære-
ticis, clarissimū est. Quamobrē
Lib: 13. rectissimè B. Augu-
cō: Faust: stinus cōparat hære-
cap: 12. ticos, non solūm cū
famentis præcisīs,
quæ vbi cadunt, cūm præcidū-
tur, ibi manent: verūm etiam
cum perdicibus, quæ congre-
gant pullos quos non pepere-
runt: cūm contra Ecclesia sit
fæcundissima columba, quæ no-
uos pullos quotidie parit.

Præsen-

Præsentis ergo sæculi hæreses, non solum quia nullos unquam populos ad Ecclesiā Catholicā adiunxerunt; verū etiam, quia neq; omni seculo, neq; ubiq; nec inter omnes ḡtes cognitæ, receptæ ué fuerūt, Ecclesiam nullam habēt. Quod si Septentrionalis terræ angulum occuparunt, illicò item in varias Sectas erupere, nullū ferre oppidum ut sit, ne dicam domus, quod idem omnino sentiat. Sin verò aliæ quondam hæreses, varijs in locis eodem tempore exortæ sunt; & hæ quoq; suis dissidijs, vinculum Ecclesiæ Catholicæ indissoluble, vniuersalemq; & communem Christianorum verorum fidem, apertius declararunt.

*Aug: li: Ecclesia enim (ait S.
de Pasto: Augustinus) vna &
cap viij. eadem ubiq; hæreses
autem nō eadem, sed*
H. q; diuersi-

diuersissimæ, quæ se inuicem
nō nouerunt, ac proinde nulla
earū Catholica dici potest Ec-
clesia.

Quare ut hoc Catholicum
nomen, in eadem Ecclesia, eū-
dem Patrem Augustinum con-
stanter retinebat: ita Hæretici
Con̄ ep: (præterquā quòd ipso
fund: c. testante, illud Catho-
licę nomē, sibi nunq̄
ij. vendicare potuerunt)
etiam nostro tempore sic exhor-
ruerunt, vt ē communi Chri-
stianorum Symbolo, vocem
ipsam Catholicæ sustulerint.

Verum enī in uero ut plebi
facerent fucum, Lutherus ipse
initio sui Euangelij, biennij spa-
cio, Papatum abolitum iri: cæ
teriq̄ hæreses suas, vniuersum
orbem, non ita multū post
occupaturas dictitarunt. Sed
Lutherus & reliqui, tanquam
plūbum demersi sunt in aquis:
vehemen-

vehementibus: Papatus autem
stetit, ac Christo non mentiente
usq; ad consummationem secu-
li stabit. Cum illud præterea sit
absurdissimum, Ecclesiam Ca-
tholicam, post sexdecim secula,
a Witembergensibus aut Gene-
uensibus, in vniuersum terra-
rum orbem, in quem olim A-
postolorum sonus exiuit, esse
diffundendam: qua de re ante
annos tantum a Christo nato
quadragecentos, Donatistarum
idem de se gloriantium stolidi-
tatem, S. Augustinus irrisit, atq;
redarguit.

In ipsa igitur Ecclesia Catho-
lica (sapienter docet Vincentius
Lirinensis) ad quam non v-
na natio, non unus angulus,
sed maris multitudo conuerti-
tur, id teneamus: quod ubiq;
quod semper, quod ab omni-
bus creditum est. Hoc est enim
verè propriæ Catholicum,

H. iij.

quod

Quod ipsa vis nominis, ratio
declarat: quæ, omnia hæc ve-
rè vniuersaliter comprehendit

Quæ cū ita sint, ille est ve-
rus germanusq; Catholicus, qui
quicquid vniuersaliter antiqui-
tùs Ecclesiam Catholicam tenu-
isse cognouerit, id solùm tenen-
dum, credendumq; decernit:
quicquid verò ab aliquo dein-
ceps uno præter omnes, vel
contra omnes, nouum & inau-
ditum subinduci senserit, id nō
ad religionem, sed ad tentatio-
nem potius intelligat pertine-
re. Et hæc Lirinensis,

DRIGO AB APOSTO-
lis & successio, quarta Ec-
clesię proprietas,

NON solùm ob successio-
nes Episcoporum ab Aposto-
lis, verùm & propter doctrinæ
consanguinitatem (ut verbis
Tertullias

Tertul: li: Tertulliani vcar)
de præscri. Vera Ecclesia, voca
tur A postolica. Itaq;
in Symbolo Patres, diuinitus
addidere Apostolicam; vt fidei
nostræ origine cognita , iam
nunc eam primùm haud nasci,
nec esse recentem, nec verò per
aliud ministrorum genus quā
per Apostolicum à Spiritu san
cto regi intelligeremus : qui cū
ei præfideat, fuit qui-
Catech : dem initio tributus
Rom. Apostolis, sed deinde
summa Dei benignitate semper
in Ecclesia permanxit.

Sicut autem in populo Dei,
qui per carnalem generationem
tempore veteris Testamēti pro
pagabatur, nulli censebantur,
nisi qui originem ducebant à
duodecim filijs Iacob; nec ulli
habebantur Sacerdotes, nisi qui
descendebant à Leui per Aaron
(quamobrem diligentissime
successi-

Successiones tūc seruabantur:)
Ita in populo Noui testamenti,
qui spirituali generatione mul-
tiplicatur, nulli sunt Christiani,
nisi per Apostolos, vel eorum
Successores, aut ab alijs missos
conuersi; nulliq; Episcopi, nisi
qui eisdem legitimè succedunt.
Quare Patres ideò ita diligen-
ter Episcoporum successiones
adnotarunt, quoniam per eas
Epiphæ: Catholicæ fidei clari-
tas. (inquit Epiphæ-
nius) ostenditur, &
con Car- hæresum obscuritas
pō. PLib: producitur. Edant(in
de præsc. quid Tertullianus) o-
rigines Ecclesiarum su-
arum, euoluant ordinem Epi-
scoporum suorum, ita per suc-
cessiōnem ab initio decurren-
tem, ut primus ille Episcopus
aliquem ex Apostolis, vel Apo-
stolicis viris habuerit auctōrē,
& antecessorem, Hoc enim mo-
do Ro-

do Romanorum Ecclesia Cle-
mētem à Petro ordinatum re-
fert. Configant tale aliquid
Hærerici. Hæc ille. Verū Irenæ.
Iren: l.2. us āte mille circiter
cap. 3. quadringentos plus
minus annos, siucces-
sionē Episcoporū Romanorū
à Petro usq; ad Eleutherium :
in Chron: Eusebius, Hierony-
mus, & Prosper, qui
Chronicō Eusebij continuarūt;
Hær: 27. Epiphanius aduer-
sus Carpocratitas :
Lib: 2 Optatus Mileuita-
nianum, à Petro usq; ad Syri-
Aug:epi: cium : S. Augusti-
165. ad nus ab eodem usq;
Gene: ad Anastasium qui
tunc sedebat, & alibi
in Psalm: diligenter enumerâ-
cō. **Dona.** runt. Quambbrem
et cō: ep: aduers⁹ Manichæos
fund:c. 4. Cinquit) In Ecclesia
I Catho-

coacti sunt falsa Pōtificatus in-
signia deponere ; & si quis legi-
timus Pontifex se Pontificatu-
m ob quietē, aut pacem abdicauit,
is ipse alterum in sui locum legi-
tima potestate suffecit. Quod
autem hæretici blaterant, de Eu-
genio deiecto à Concilio Con-
stantinensi, vel etiam Basileensi,
noluerunt cœci lumen videre.
Nam & ipsamet Concilia, quæ
Pontificis legato plurimisq; E-
piscopis absentibus, priuata a-
liquorum Sacerdotum (quod
nunquam contigerat) authori-
tate aliquandiu manserunt ; tā-
dem legitimè iterum conuoca-
ta, quod temerè decreuerant,
resciderunt, seseq; errore agni-
to, Pontificis Maximi potestati
iudicioq; subdidere : sicut Lausa-
nensis Synodus, quæ continua-
tio quædam fuit Basileensis Cō-
cilij: Nicolao Quinto, qui tunc
sedebat, se subiecit. At quod de

Ioanne:

Ioanne quodam inquiunt, qui
cùm esset fœmina, sexum men-
tita in Pontificatum irrepsit, id
etiam blasphemū ac ridiculum
est. Quod autem Platina hoc
mutuatus à quodam Martino
Polono, vel Sigeberto scripse-
rit; id cū īdem ipsi pro certō
nō asserant, sed dicāt, Ut fertur,
vel vt aiunt, ostendit iam tunc
ab ījs quoq; tanquam commen-
titium habitum fuisse. Cæterū
Anastasius Bibliotecarius, qui
vitas Romanorum Pontificum
vscq; ad Nicolaum, Benedicti iij.
successorem scripsit, florebat eo
tempore, & electionibus Pon-
tificum, Sergij η, Leonis iiij.,
Adriani η, & Ioannis viij inter-
fuit, nec ullam tamen Ioannis
illius fœminæ mentionem fecit.
Sed quibus alījs solidis auctori-
tatibus & rationibus affīctum
istud mendacium prodatur, cer-
ni potest in Dialogis Alani Co-

I iij pi, atq;

pi, atq; in Pontificum historiā
Vide Ga ab Onuphrio con-
lesinū in scripta, Luitprandū
vitis Pla temporum Scripto-
tine. rem citant. ac de-
nīc fūsus in Francisci Turiani
3. lib: de dogmaticis charac-
ribus: Postea verò in secundo
libro, quem de Ecclesia & Or-
dinationibus ministrorum Ec-
clesiae edidit, aduersus Andream
Freyubiū Doctorem Academie
Lipsicen. Nunc autem (vt redeā
ad id vnde digressus sum) sci-
endum est, veteres Patres non
aliorum Episcoporum, æquè
ac Cathedræ Romanæ successo-
res enumerasse, quoniam ex
illa, tanquam vniuersalis Eccl-
esiæ Pastoris, argumentum ad/
uersus hæreticos inuictum affe-
rebant. Itaq; & propriarum E/
piscopalium sedium nomina
omittebant; quicmadmodum

S. Augu-

S. Augustinus, Optatus, & ante eos Beati Cyprianus, & Irenæus fecerunt: quod Cathedræ Petri dignitas, ut in eminentiori specula constituta; ita perpetuo successionis promissio à Christo fuerat munita.

IN Romana Ecclesia (inquit S. Augustinus) semper viguit Apostolicę Cathedrę Principatus: quamobrem neque nostrorum Episcopatum institutio, ad neminem vñquam particularēm Episcopum spectauit (par enim non agit in parem) sed ad eum qui toti præest Ecclesiæ: quales fuerūt omnes Apostoli. Petrus quideam ex officio, cœteri verò ex delegatione: quare qui per ostium hoc, ad regendam Ecclesiam nō intraverit, is est fur, & latro.

Cùm verò ab Apostolis aliquem Episcopum originem duxisse dicimus, vñā cum suc-

I iij cessio

cessione, legitima ordinatio in-
telligenda est, quæ sine duorum
vel trium legitimè ordinatorum
consecratione nunquam est fa-
cta. Quod in Paulo Actu : 13.
(licet nec ab hominibus, nec
per homines vocato); in Timo-
theo, 1. Tim:4. cum impositi-
one manuum Presbyterij (Pre-
Chrysibi. sbyterium enim ibi
intelligitur Episco-
porum aliquis numerus); in A-
postolicis Canonibus, in Iaco-
bo ordinato Hierosolymæ, à
Petro, Iacobo, & Ioanne; In
Concilio Nicæno, & Carthagi-
nensi, plusquam perspicuum est.
Inde autem factum est, ut ve-
teres hæretici, quòd faciliùs po-
pulis imponerent, simiarum mo-
re candein ordinationis formā
vsurparent. Sed vtrunque in hæ-
reticis nostri tēporis decet; Pri-
mus enim Witembergæ cùm Lu-
therus Episcopus dictus est; Ba-
silæ

fileæ Oecolampadius, ut adhuc
in eius sepulchro extat; Tiguri
Zuinglius; Geneuæ Caluinus;
quo se credere Apostolicā Eccle-
siam nunquam ante se fuisse o-
stenderunt; quippe quod nul-
los antea ijs in ciuitatibus fuisse
Episcopos, suo illo (si Deo pla-
ceret) primatu testati sunt. Nec
verò ab Episcopis ullis ordina-
ti sunt, aut ullam habuere ma-
nuum impositionem, per quā
ipsi Timotheo gratiā fuisse col-
latam in consecratione disertè
docet Apostolus. Quamobrem
iam tandem Septentrionales, o-
culos aperiāt, & videant, num
(quod & initio superius dixi-
mus in Responsione quarta, ac
nunc iterum vrgemus) in istos
Cypr:l.de illud B. Cypriani
simp: præ quadret: Hi sunt (in
lator. quit) qui se vltrò a-
pud temerarios con-
uenas sine Diuina dispositione
I v præfici

præficiunt, qui se præpositos
sine ulla ordinationis lege con-
stituunt, qui ncmine Episcopaz-
tū dante Episcopi nomen assu-
munt.

At nec apud Hæreticos do-
ctrina eadem, quæ fuit antiquis
(quam doctrinæ, ut dixi, con-
sanguinitatem vocabat Tertul-
lianus). si enim (quod etiā an-
te obiter attigimus) Catholi-
cam cum hæretica doctrina cō-
feras: Patres omnes à nobis sta-
re eò magis constat, quòd ipsi
Lutherani, & Sacramentarij, li-
cet inter se dissidentes, toti an-
tiquitati se dicāt aduersari, eiēq;
idolatriam impiam obijciāt,
iacientes blasphemias aduersus
Christum, quasi promissis non
stetcrit, aut per mille quingen-
tos annos falsum in sua Eccle-
sia cultum tolerauerit. Centu-
riatores autem Magdeburgen-
ses omni propè sæculo nascen-
tis Ecceſiæ

tis Ecclesiæ, eadem apud Patres
tuuisse dogmata, quæ Catholici
retinent (velint nolint) veri-
tate coacti confitentur; quæ il-
li næuos Patrum, nouelli & im-
pij censores vocat. Quare quod
Brentius Apostata dixit, apud
Catholicos fidem defecisse; vel
quod alij hæretici, post S. Gre-
gorium Magnum, irrepississe er-
rores in Catholicam Ecclesiam
commenti sunt: hi vel nihil le-
gerunt in Patribus; vel fordes
quas ex farragine istorum hau-
serunt, euomunt, nescientes que
loquantur, aut de quibus affir-
mēt. Sed illud absurdissimū est,
quod idem Brentius somniat,
quoniam nempe Apostoli à Ca-
ipha ordinati non sunt, & tamen
Episcopi fuerunt: ita quoq; Lu-
theranis hoc licere. Nesciunt e-
nim, aut pr̄e cordis cæcitate re-
minisci ille non potuit, Sacer-
dotium secundum ordinē Mel-
chiscdech

chise dech institutum, à Christo
incepisse, cuius Sacerdotij non
autem Aaronici primitiæ fue-
runt Apostoli.

Interrogatio XII.

Quid igitur est, quod Lu-
therani, atq; alij verbum Dei,
& Sacramentorum admini-
strationem, proprietates ac
notas Ecclesiæ esse dicunt?

Responsio.

Si ex tam certæ essent pro-
prietates Ecclesiæ, ut qui
Verbum Dei & Sacra menta tra-
etaret, Ecclesiam habere dicen-
dus esset; certè nec Spiritus san-
ctus in Symbolo, quod est vcrè
credentiū tessera, istas proprie-
tes reticuisset, nec verò ubi ver-
bum Dei, & Sacra menta qua-
le scundū

lescundū profiterentur, ullū dis-
sidiū esse posset. Sed cūm A-
nabaptistæ à Lutheranis, & Cal-
vinianis, in baptismo ac plerisq;
alijs Christianæ doctrinæ capi-
tibus : Lutherani à Sacramen-
tarījs in Eucharistiæ negotio, vt
missa alia faciam : atq; adeò ipsi
inter se Lutherani de numero
Sacramētorum, deq; Verbo Dei
mirificè dissideant : quānam ra-
tione fidelis, per verbum Dei,
& Sacramentorum administra-
tionem, veritatem dignoscet :
scilicet eò tandem veniendum
est, vt credamus Christum Do-
minum, Ecclesiam tanquam tri-
bunal certissimis illis proprie-
tatibus sapientissimè constitu-
isse, in qua Spiritus sanctus per
legitimos Doctores veritatem
omnem doceret, atq; ostende-
ret : Lutheranos autem & Sacra-
mentarios, cœterosq; Hæreticos
atq; Schismaticos, quātumlibet

Verbum¹

Verbum Dei (vt & Sathanam
fecisse scimus), ac Sacramenta
iactent, Ecclesiam tamen nullā
habere, quādīu in Vna, San-
cta, Catholica, & Apostolica
non sunt.

Interrogatio XIII.

*An vt in Deum, ita in Ec-
clesiam credendum est?*

Responsio.

IPSA Romana Ecclesia, suo
nos Catechismo docet, sic
inquiens: Tres Trinitatis per-
sonas, Patrem, & Filium, & Spi-
ritum sanctum ita credimus; vt
in eis fidem nostram colloce-
mus. Nunc autem mutata dicē
di forma, Sanctam, non in Sā-
ctam profitemur, vt hac etiam
diuersa loquendi ratione, Deus
omniū effector à creatis rebus
distingua.

distinguitur, præclarafilla omnia, quæ in Ecclesiam collata sunt, beneficia Diuinæ bonitati accepta, referantur.

Interrogatio. XIII.

Cùm iam tot certissimis argumentis hic de Ecclesia fidei articulus constet, quænam sunt causæ quæ retinent homines in heresi, nec verò citissimè tanto se laqueo exuant, antequam mors, quæ singulis horis, præsertim grassante hac peste imminet, ad nos properet?

Responsio.

CAUSÆ sunt non omnium cædem, quæ tamē sunt, vel timor offendionis suorum, vel obdurata consuetudo, vel torpor

torpor quærendę Catholicę ve-
ritatis, aut maledicorū linguæ:
vel falsa persuasio, quod nihil
intersit, in qua quisq; parte sit
Christianus: ac deniq; metus
fluxæ dignitatis, & usurpato-
riū bonorum amittendorum,
vitæq; aut licentia, aut supplici-
orū timor. At beatus, qui in
consilio impiorum non abiit,
nec in cathedra pestilentiae, atq;
irrisorum stetit: aut si steterit,
quam primum istis nocentissi-
mis laqueis exutis, resipiscat, &
tanquam de somno letargico
emergens, in salutem vnitatis,
vel sanguine pro veritate pro-
fuso euigilet.

Tom: 2. Audi vero B. Augus-
ep: 45 ad itinum nonnullas e-
arundem causarum
Vinc: pro de sui temporis hæ-
pe mediū reticis afferentem.
Aliæ (inquit) sententiæ multæ
mihi nominatim commemo-
raban-

rabantur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est. Quam multi enim (quod certò scimus) iam volebant esse Catholicī, manifestissima veritate commoti, & offenditionē suorū reuerendo, quotidie diferebant. Quam multos nō veritas (in qua nunquam præsumserunt) sed obduratae consuetudinis graue vinculum colligabat, ut in ihs cōpleretur Divina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus. Si enim & intellexerit, nō obediet. Quam multi propterea putabāt veram Ecclesiam, esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam Catholicam veritatem securitas torpidos, fastidiosos, pingrosq; faciebat. Quam multis aditum intrandi obserbāt rumores maleficorum, qui nescio quid taliud nos in Altari Dei

K. ponere.

ponere iactitabant; quām multū
tū nihil interesse credentes, in
qua quisq; parte Christianus
sit, ideo permanebant in parte
Donati, quia ibi nati erant, &
eos inde discedere, atq; ad Ca-
tholicam nēmo transfire coges-
bat. His omnibus harum legū
terror, quibus promulgatis Re-
ges seruiunt Domino in timo-
re, ita profuit, vt nunc alij di-
cant, Iam hoc volebamus; sed
Deo gratias, qui nobis occasio-
nem præbuit, iamq; faciendi,
& dilationum moras amputa-
uit. Alij dicunt, hoc esse verum
iam sciebamus, sed nescio qua
consuetudine tenebamur: gra-
tias Domino, qui vincula no-
stra disrupt, & nos ad pacis
vinculum transtulit. Alij dicunt,
nesciebamus h̄c esse veritatem,
ne eam discere volebamus, sed
nos ad eam cognoscendam, me-
tus fecit attentos; quo timui-
mus, ne

mus ne forte sine vallis rerum eternarum lucris, damno rerum temporaliū feriremur: gratias Domino, qui negligentiam nostram stimulo terroris excusset, ut saltem solliciti quæreremus, quod securi nunquam nosse curauimus. Alij dicunt, nos falsis rumoribus terrorbamur intrare, quos falsos esse nescieremus, si non intraremus; nec intraremus, nisi cogeremur: gratias Domino, qui trepidationem nostram flagello abstulit, expertos docuit, quam vana & inania de Ecclesia sua mendax fama iactauerit: hīc iam credimus, & illa falsa esse, quæ autores huius hęresis criminati sunt, quando posteri eorum tam falsa & peiora finxerunt. Alij dicunt, putabamus quidem nihil interesse, ubi fidem Christi teneremus: Sed gratias Do-

K ij. as Do-

as Domino, qui nos à diuisio-
nē collegit ; & hoc vni Deo ,
congruere, vt in vnitatē colo-
tur ostendit. Et paulò post: Ser-
uiant Reges terræ Christo,
etiam leges ferēdo
pro Christo.

cepit



V I L N Æ,
M A rtinus K Azymirien.
Anno M,D,Lxxxi.

INDEX QVÆ
S T I O N V M I N H O C
libello explicatarum.
CE*28

Prima: Vtrum, Qui non omnia Ecclesiae Catholicæ dogmata credunt, possint æternā salutē consequi: dum modò profiteantur se in Christum credere, & peccata odisse?

II. V. Schismatici saluari possint, cum ea, quæ ad fidē pertinent, credant ferè omnia?

III. V. Inter Lutheranos, aliqua ex parte, Sacerdotes & Episcopi dicēdi sint, qui res Spirituales & Sacras administrant?

III. V. Ecclesia ibi est
K iij sedi-

ſe dici poſſit, ubi Sacerdotes
et Episcopi veri et legitime
conſecrati non ſunt?

V. V. Qui Baptismo in
Septentrione initiantur, ad
Eccleſiam Catholicam ſpectet,
licet Sacerdotes veros non ha-
beant?

V I. V. Liceat alicui ob-
metum mortis, aut rerum fu-
arum amissionem, vel ſpem a-
lios ad Catholicam reducen-
di, Lutheranismum, aliamue
Hæresim ſimulare, aut publi-
cè profiteri ſe nolle Eccleſiae
Catholice obedire, etiam ſi clā
velit eſſe, vel ſit Catholicus?

V. II. V. Liceat Sacro in-
tereffe, vel Euchariftiam fu-
mere, ubi Sacerdos ritè qui-
dem o-

dem olim: Sacris initatus sit,
verum postea fuerit, & habe-
tur Lutheranus, atq; adeò ne-
scitur, an Ecclesiæ Catholicae
sit reconciliatus?

VIII. V. Ab Orientis Ec-
clesiis, qualis est Alexandrina,
& similes, regula credendi,
& Sacerdotum consecrando
rum facultas peti iuste possit?

IX. V. Ille qui triumpha-
tis Ecclesiæ fidem, & antiquo-
rum Patrum doctrinam sequi-
tur, saluari poterit?

X. V. Si quis obiecerit Ec-
clesiam Catholicam defecisse,
aut ita ægrotā esse, vt sensum
veritatis amiserit: ideo differ-
re ad Catholicos redditum de-
beat?

XI.

X I. V. Sint aliquæ propria-
tates Ecclesiæ Catholice,
tam certæ, ut ijs cognosci & ab
alij dignosci certò possit, &
quænám illæ?

X I I. V. Verbum Dei &
Sacramentorum administra-
tio, sint Ecclesiæ notæ & pro-
prietates, ut Lutherani vo-
lunt?

X I I I. V. Sicut in Deū,
ita in Ecclesiam credendū sic?

X I I I I. Quæ causæ
sunt, quæ rezinent miseros in
Hæresi?

F I N I S.

MS. H. 2

